



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Prima Humilitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

simplicitate, verissimaq; submissione Christiani
viri.

*Virtutes qua-
tuor in Canisio
eminent.*

*Prima Humi-
tatis.*

Et quidem, ne per singula obiens, longum fa-
ciam, quatuor inter omnes eminere maximè cō-
perio Apostolici huius viri virtutes⁹, Humilitatē,
& obedientiam, vtramque simplicitate pulcher-
rima decoratam: tum insigne precandi studium:
postremo diuinæ gloriæ, & salutis animorum, re-
ligionisque tuendæ, ac propagandæ immensum
ardorem. Nihil iterari attinet de repudiatis tan-
ta constantia honoribus, & muneribus amplis.
Quæ sine dubio plura ad eum quasi facto agmi-
ne conuolassent, nisi planè alienum, & inexpug-
nabilem animum, qui rerum potiebantur, per-
spexissent. Aulas quoque quantum defugerit, in-
dicatum est. Illud hoc loco addiderim, cū esset
in scribendis literis sanè impiger, tamen sæpè su-
isse extimulandum, & tantum non seuero præ-
cepto cogendum, vt ad Cardinales Varmensem,
& Augustanum, & alios responderet, qui cū san-
ctissimis eius literis vnicè recrearentur, apud Ge-
nerales Præpositos haud sine querimonia negli-
gentiam accusabant. In Romana etiam Curia ex-
petebantur literæ eius: ille tamen ad neminem ni-

sivo-

si voluntate Præpositi, ad quem & ipsas mittebat literas, scribendum sibi putabat : ne dum ambitoia auceparet urofficia, atque superuacaneis tēpus perderet. Ad ipsos societatis Præpositos, vbi deerant negotia, nihil dabat literarum; nisi extre-
mo anni pœnam noxarum anno exacto concep-
tarum, & bonam precationem ad annum sequē-
tem perfectius exigendum suppliciter rogans. I-
taque fuere etiam ex ipsis, qui iuberent ad se certis
interuallis literas dare, ut vel sic reuiserent, & de
valetudine docerentur. Ad hæc summissio animi
simplex, ac bona eo sit palam, quod iā senior sic
quasi Tyro Confessarios adibat, eisque non pec-
cata solum expianda, sed conscientiam omnem
quamuis iuuibus, & quos pueros ipse institue-
rat, ut doceretur, ac regeretur, explicabat, quod
Ferdinandus Alberus, & Franciscus Rocca satis
experti, hodieque haud sine quodam suo rubore
testantur. Et quidem Rocca Amanuensis eius, vbi
creatus Sacerdos est, præ reuerentia tanti Patris, ne
Iudicis in eum partes usurpare peregrè cogeretur,
absolutoriam in Sacramento pœnitentium for-
mulam dedita opera omittebat discere. At vbi
primum peream excusationem adeuntem Patrē
reiecit,

reiecit, recessit ille tum quidem tacitus : sed redit paulo post, scriptamque in man' formulam tradit, & sedere iusso ad pedes abiicit se se. Versabat saepe, & cogitatione, & ore Christi vocem, Nisi efficiamini sicut paruuli non intrabitis in Regnū cælorum. Libentissimè simul cum paruulis versabatur, & eorum simplices animos cum fidei rudimentis, & salutaribus imbuebat monitis, tum Sacramento Pœnitentiæ expiabat.

*Secunda Obe.
dientia.*

Ecclesia iussis.

*Pontificibus
summis.*

Humilitatis præstantiam perpetua eius seu foror, seu filia clariorem facit Obedientia, quæ summa in omni genere fuit. Ecclesiæ Catholicae iussa sic obseruabat; ut quoniam potestas facta erat Hæreticos libros legendi solenni formula ad impugnandum, summopere caueret, ne quando eos alia mente tractaret, non modò curiositatis, sed ne discendi quidem, si quid rectum haberent. Par erat in familiari cōgressione, & vsu cum ipsis Hæreticis cautio, & duntaxat ad eorum cōuersationem, idque semper præsenti cogitatione ac studio referretur non sine morsu, atq; dolore, si quādo videretur sibi alterutra in parte minus attenus fuisse. Aduersus mandata summi Pontificis habebat se planè tanquam à Christo profecta es- sent.